

516[=105] Salerni rep. m. Aug. a. 1725 *nel Largo della Reale Udienda MAZOCHIANA* scripta eodem anno; nuper rep. GATTA 1732. Deinde ante collegium Iesuitarum.

REPARATORI · ORBIS · SVI
D · N · FLAVIO · VALERIO
CONSTANTINO PIO
FELICI · INVICTO
5 AVGVSTO
ORDO POPVLVSQVE SALERNITANVS
DEVOTI · NVMINI MAIESTATIQVE
EIVS

Descripisi a. 1846, sed v. 6. 7. 8 eo tempore in terra latentibus; cum recognovi a. 1876, non reperi nisi v. 7 fractum. Mazochi syll. ms. in schedula scripta a. 1725; Gatta 1732 p. 87; Como ad Mur. ms. 14 Oct. 1732, ed. 1078, 2 eodemque exemplo Procaccellius ms. 1735; Mur. ms. 21, 231, 2, ed. 260, 1 a Petro Paulo Ginanni priore Benedictino; d'Orville p. 602; *Voyage pittoresque de Naples III*, 168; Guarnierius in schedis Auximatibus inter Pisaurensia; Anonymus in schedula, quam reperi Berolini inter collectanea ad C. I. Gr. pertinentia; Garrucci *iscr. di Salerno* p. 18.

Vi è il lituo ed il berruco MAZ. — 6 ORDO·PO... vidit adhuc Garruccius; hodie haec quoque deficiunt. — 7. 8 DEVOTI·I·TIQVE vidi ego a. 1876, similiterque hiantia haec vidit Garruccius.

517[=106] Salerni rep. cum n. 516 MAZOCHI. Est ante collegium Iesuitarum.

DOMINAE NOSTRAE FLAVIAE AVGVSTAE
HELENAE DIVI · CONSTANTINI · CASTISSIMAE
CONIVGI PROCREATRICI D · N · CONSTANTINI
MAXIMI · PISSIMI · AC · VICTORIS · AVGVSTI p. C. 323/6.
5 AVIAE DOMINORVM NOSTRORVM CRISPI
urceus ET CONSTANTINI · ET · CONSTANTINI · BEATISSI patera
MORVM · AC · FELICIVM CAESARVM
ALPINIVS MAGNVS · V · C · CORR · LVCANIAE · ET
BRITTIORVM · STATVIT · DEVOTVS · EXCELLEN
10 TIAE · PIETATIQVE · EIVS &

Descripisi et recognovi. A. S. Mazochi syll. ms. in scheda scripta a. 1725; Gatta 1732 p. 382; Ginanni apud Mur. ms. 21, 231; Comus apud Mur. ms. 14 Oct. 1732 (unde ed. Mur. 261, 1 e schedis suis et a Ginannio); Antonini 1, 116 qui habuit a Casp. Paragallo; Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 113; d'Orville ms. et Sic. p. 602; Anonymus is quem adlegavi ad n. 516; Garrucci *iscr. di Salerno* p. 19; Staibano *guida* p. 8. Cf. Borghesii de hoc titulo ad Garruccium epistula scripta 8 Mai. 1851 (opp. 8, 289). Orelli 1074 cum adn. Henzeni.

5. 6 vocabula crasa nihilominus adhuc ipse vidi. — 9 IBRITTIORVM dedi ante; sed decepit me rima lapidis.

518 rep. a. 1836 prope monasterium Cavense *nell' altopiano, ove era la villa di Q. Cecilio Metello* GUIDA *del Monumento di Cava de' Tirreni* (Neapoli 1872) p. 10. Est in eo monasterio.

ANICIO · ANCHE#IO

C. Robert descripsit.

519[=107] Salerni in basi muro inserta SIRM. *Essendosi rovinato ... un antichissimo arco ... nel luogo ove è hoggi il seggio di Porta Rotese per condurre a miglior forma quella strada cavandosi oltra le statue roinate et altri marmi si ritrovò un gran pilastro ... assai sotto terra* M. H. MAZZA similiterque A. MAZZA et GATTA; *in un angolo delle monache di S. Maria* MANNELLI. Hodie ante collegium Iesuitarum.

ANNIO · VICTORINO &
V · C · CORR · LVCANIAE
ET · BRITTIORVM · OB · IN
SIGNEM · BENIVOLEN
5 TIAM · EIVS & ORDO
POPVLVSQVE SALER
NITANVS

Descripisi et recognovi. Sirmondus qui vidit cod. 4418 n. 402 (inde Grut. 1094, 3); Gualterus n. 462; Ant. Mazza de rebus Salernitanis (1684) p. 14; M. H. Mazza *dell' origine de' Langobardi* (inter codd. bibl. Neap. recens illatos) f. 8; Mannelli Lucania ms. 1, 233; Gatta 1732 p. 380 (inde ut videtur Como ad Mur. 14 Oct. 1732, ed. 1078, 3 itemque Procaccellius); Ginanni apud Mur. ms. 21, 231; Antonini 1, 118; Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 113.

520[=109] Salerni rep. 13 Iul. 1737; extat ante collegium Iesuitarum.

GRACCHI VC &

ARRIO MECIO GRACCHO · V · C
TANTO ET TAM PROVIDO PATRONO
COLONIAE SALERNITANORVM QVI CIVITA
5 TEM NOSTRAM QVAE DISTITVTA ET DEFESSA
IPSO TRANSITV CANALIS DIGNATIONIS
SVAE RESPECTV AD SPLENDOREM RIVOCAVERIT
FVGANTES VERO CIVES AC · DEFESSVM ORDINEM
urceus DISPOSITIONEM CANDORIS SVI ET AD PRAESTATIONEM patera
10 CIVIBVS SVIS VEL QVAE AD SALVTEM PATRIAE PERTI
NET SVA PROVISIONE RELEVARE DIGNATVR
CVIVS SI VNIVERSA GESTORVM REFO
VEAMVS DIES NON SVFFICIT OB EIVS
MERITA ET AMOREM QVEM ERGA OR
15 DINEM VEL CIVES EXIBET ORDO POPV
LVSQVAE SALERNITANVS STATVAM
PONENDAM CENSVERVNT

Descripisi et recognovi. Mur. 1117, 1 a Como; A. S. Mazochi syll. ms. pluribus exemplaribus; Vulpi Lat. vet. 10, 2 p. 686; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9771; Garrucci *iscr. di Salerno* p. 23; Staibano *guida* (1871) p. 4.

6 quae legere non potuit quadratarius spatio relicto omisit. — 9 non DISPOSITIONEM est in lapide, ut dedi in ed. 1, sed DISPOSITIONEM.

Gracchi v(iri) c(larissimi). Arrio Mecio Graccho v(iro) c(larissimo), tanto et tam provido patrono coloniae Salernitanorum, qui civitatem nostram, quae d[e]stituta et defessa [iacebat], ipso transitu, canalis dignationis suae respectu, ad splendorem r[e]vocaverit, fugientes vero cives ac defessum ordinem disposition[e] candoris sui [a]d praestationem civibus suis[e?], quae ad salutem patriae pertinet, sua provisione relevare dignatur: cuius si universa gestorum refoveamus, dies non sufficit: ob eius merita et amorem, quem erga ordinem vel cives ex[h]ibet, ordo populusqu[e] Salernitanus statuum ponendam censuerunt.